

PRO DECLARATIONE CAP.

LXXXIII. ARTIS GAL. AD HAS POSI-  
tiones, hum. viro Ioan. Læffelholzio, fa-  
cultatis Medicæ artis pro tempore De-  
cano, Ioan. Schröter respon-  
dit 27. Nouemb. hora 7.  
antemeridiana.

I.

*In medendis curandisq; præter naturam adfectionibus,  
quæ in hominibus functiones lædunt, causam earum  
antea à Medico considerari necesse est.*

II.

*Est enim Medici officium, vt vnicuique morbo oppor-  
tunum adinueniat medicamentum.*

III.

*Id morbo incognito nullo modo cum ægotantis com-  
modo facere potest.*

IIII.

*Nam morbi cognitio principium est artis seu viæ, qua  
remedia conuenientia inueniri debent.*

V.

*Cognoscitur autem morbus ex causis, vnde indicatio-  
nes curandi postea sumuntur.*

VI.

*Si quis enim causas corporis affecti probè cognouit, po-  
test aptè ea adferre, quæ corpori maximè commodant.*

VII.

*Sed causarum cognitio non solum ad morbum remo-  
uendum, verum ad sanitatem etiam conseruandam ma-  
ximè proderit.*



## VIII.

*Causa enim est quæ aliquid confert ad generationem.*

## IX.

*Rectè itaque Galenus causas, vt corpora distinctas, alias salubres, alias morbosas, alias neutras esse dicit.*

## X.

*Non autem hoc loco de materialibus causis agit, vt quidam absurdè opinati sunt, sed de efficientibus.*

## XI.

*Earum autem causarum quædam sunt conseruatrices, quædam effectrices.*

## XII.

*Est præterea quædam ex his mista, & dicitur composita, eaq; solum salubres respicit.*

## XIII.

*Conseruantes & præseruatiuæ latitudinem habent.*

## XIII.

*Conseruatrices ad sanitatem corporum referuntur, primò vt semper, deinde vt multum.*

## XV.

*Talia corpora cum habeant maximam salubritatem, conseruationem tantum requirunt.*

## XVI.

*Similia autem similibus conseruantur, & à contrarijs corrumpuntur.*

## XVII.

*Ita calida calidioribus conuenire dicimus.*

## XVIII.

*Corporibus salubribus vt nunc, cum adhuc à perfectione multum absint, tum conseruantes tum compositæ causæ applicari possunt.*



XIX.

*Causarum verò apud nonnullos Medicos diuisiones non omnes probamus.*

XX.

*Nam quasdam omiserunt, quasdam verò sub alijs causis intelligi voluerunt, idq; præposterè*

XXI.

*Non rectè quidam omittunt causam instrumentalem.*

XXII.

*Neq; enim superflua est, neq; reduci inter agentes potest.*

XXIII.

*Coniunctam etiam esse aliquam causam, eamq; à Galeno cognitam constanter affirmamus.*

XXIII.

*Non autem esse eandem cū contentiua, vt quidam existimant.*

XXV.

*Hæc enim essentiam rei constituit, illa nequaquam.*

**QUESTIONIS, VTRVM OCCULTA**  
vis insit medicamentis, positiones.

I.

*Medicamentorū differentie à tribus, scilicet ab essentia, à facultatibus, ab actionibus, tanquam tribus principijs oriuntur.*

II.

*Essentiam autem medicamentorum dupliciter consideramus, vel secundum proximam materiam, vel secundū substantialem, vt vocant, formam.*

## III.

Medicamenta secundum materiã considerata, quasdam habent differentias, quæ sunt tanquam habitus quidã actu existentes: quasdam verò, quæ sunt meræ potentiæ.

## III.

Differentiæ formarum variorum medicamentorum sumuntur penes dominium, vel æqualitatem primarum qualitatum, ex quarum proportione resultat temperatura.

## V.

Temperaturam non intelligimus ipsas qualitates, sed quod in singulis temperaturis in actione vel passione mixtorum apparet actus alicuius qualitatis magis et minus secundũ variam mixtionem.

## VI.

Formam autem medicamentorum aliquid diuinius esse assero, quàm vt eius causæ à Medico inquiri possint.

## VII.

Igitur occultam vim medicamenti ratione formæ inesse asserimus.

F I N I S .



.111

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

.111

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

.111

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

.111

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

.111

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

.111

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

.111

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

10946

or